

Et numerus numerans est ipsa anima . Et numerus me-
diante quo numeramus: et hoc fit tripliciter . Primo est
actus anime vel aliquis conceptus mediante quo numera-
mus . Secundo est quodlibet nomen numerale : vt duo:
tria. &c . Tertio est quodlibet res cognita ab ipsa anima
mediante qua anima numerat alias res. Numerus nume-
ratus duobus modis numeratur: scilicet: a causa que facit
esse numerum: et sic tempus numeratur a motu: quia prius et
posterius in tempore causantur a priori et posterius in motu.
Alio modo numeratur numerus numeratus a partibus
suis: et a substantia sua: et secundum hoc tempus numeratur
dupliciter scilicet: a priori et posteriori in tempore vt a par-
tibus et a nunc iterato secundum esse: eodem tamen nunc per-
manente secundum substantiam. Alio modo consideratur numerus
qui est tempus vt est mensura reddens quantitatem motus:
et sic tempus est numerus quo numeramus motum: quia certi-
ficatur tempus quantitas ex numero suarum partium et ex substantia
sua: et hac certificata certificatur quantitas motus. Etiam
tempus est motus quidam regularissimus numeratus ab
anima: secundum prius et posterius. Item tempus est
mensura motus secundum prius et posterius: quod sic
patet: quia motus localis est super magnitudinem que
habet partem ante et partem post: et ille due partes

Offendit tempus
esse numerus nu-
meratum.

Declarat tempus et-
iam esse numerum
quo numeramus

4. Prob. in tex.
112.

Declarat tempus
esse mensuram motus
sicut prius et poste.